



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Galeoti Martii Narniensis De Homine Libri Dvo

Galeottus <Martius>

Basileae, 1517

Nates

urn:nbn:de:hbz:466:1-31834

GALEOTTI MARTII NARN.

LVMBI

Lumbi.



CINCTVRA ad nates lumbi uocantur, ubi se
des libidinis est. Persius,

Cum carmina lumbum

Intrant & tenero scalpuntur ubi intima uersu.
Et in sacris quo q̄ legimus. Sint lumbi uestri praeincti, nec
iniuria, ibi enim luxuriæ est domiciliū. quare aut hoc sit, etiā
me tacente intelligitur, ex illo carmine in priapeis.
Crissabit tibi fluctuante lumbo.

Delūbis. hinc delumbis, quod effractis pudoris claustris in uenerē
soluitur. Persius.

Summa de lumbe saliuā

Hoc natat in labris.

Iuuenalis,

Cum tibia lumbos Incitat.

& lumbi etiam de brutis dici, Horatius testatur primo Ser-
monum.

Nunc mihi curto

Ire licet mulo, uel si libet usq; tarentum,

Mantica cui lumbos onere ulceret, ac eques armos.

Lūbago. A lumbis, lumbaginē, lumborū debilitatē dixerūt, ut ait Fe-
stus. Pectinem umbilicum, & oppositas partes. id est

Lūbos re lumbos cum uertebris, & ilibus secundum alios regit libra,
git libra. Sed M. Mauilius, clunes libræ, ilia uero uirgini tribuit, ut su-
perius declarauimus,



NATES

Nates.

VMBIS nates conterminæ. Horatius primo

Sermonum,

Diffisa nate sicut.

Et uocatur

Et uocatur sedes. Plinius uigesimotertio, Cinis sarmenrorū Sedes.
uitiumcꝝ & uinaceorū condylomatis, & sedis uitijs medet.
Dicitur etiam tumor ille natum clunis. Iuuinalis,
Ad terram tremulo descendant clune puellæ. Idem,

Et de uitute locuti

Clunem agitant.

Clunis.

Hoc est, ceuent. Ceuere enim est molliter & obscene clunes
mouere. Et hoc cinædi facere cosueuerūt, cū turpia patiunt.
Ideo Persius tanqꝫ de uirilitate Romuli dubitaret dixit,

Ceuere.

An romule ceues?

Absolutis igitur trunci partibus, priusqꝫ descendantus ad
inferiora, dicendum arbitror de membris purgatorijs, e qui
bus excrementa, urinaqꝫ tanqꝫ e canalicibus manant. Et ut or-
do seruetur de membro prius, deinde de ano erit sermo.

MEMBRVM

MNFR A pectiné membrum est, ob excellentiam Membrū
sic appellatum. Nam cum plura in homine
membra sint, hoc solum membra nomen opti-
nuit, ut cum absolute dicatur, sit uirile membrū.
hoc tribuit ei antiquitas propter fœcunditatē, solum enim Priapus
hoc generat. Vnde nō immerito, Priapo curam hortorum hortorū
assignant, quādoquidem horti alijs agris semper fœcundio-
res sunt. Sed a membro membrosus dicitur mentulatus.
Vergilius in Priapeis,
Sed ruber hortorum custos membrisor æquo.
Vocatur etiam mentula. Idem in eodem,
Mentula Tantalidæ bene si non nota fuisset.
Et hinc mentulatus. Idem,

hortorū
custos
cur
Mēbro-
sus.
Mentula
& Mētu-
latus.
Muto.

Deus

